



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Visitatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

VISITATIO. VNCTIO.

Sunt corrupte, & etiam actualiter in somno, vel vigilia corruptione passae fuerint: quia tamen corporis habet integratatem, consecrati possunt, sunt enim in statu virginum secundum ecclesiarum iudicium, quod de apparentibus iudicatur.
 3 Quidam vero propter vitandum scandalum, quando faciat sunt corporaliter corrupte, consecrati eas mutantur verba virginitatis in verba castitatis, quod fieri non debet, quia propter vitandum scandalum, non debet sacramenta, vel sacramentalia visitari: possunt tamen benedici, dicendo illas orationes, & faciendo illas ceremonias, quod non sunt de substancia consecrationis, mutato nomine virginitatis in nomine continentiae, vel castitatis, consecrati autem nullo modo possunt: quia talis fictio sacramentalibus est iniuriosa.

4 Possunt velari in die Epiphaniæ, in natalibus Apostolorum, per totam hebdomadam resurrectionis, omni die dominico: ut non in s. velam. 20. q. 1. in articulo mortis omni die c. deputatus. 20. q. 1. Secundum aliquos in solennibus festiuitatibus possunt velari, nec ante 25. annum c. placuit. 20. q. 1. Viduis autem potest dari velu, sed non cum illa solemnitate: quia semiplena continentia in illis est.

VISITATIO.

1 Visitare possunt omnes habentes ordinariam iurisdictionem: ut Episcopi, Archiepiscopi, Archidiaconi, decani, abbates, & prelati religionum, legali Apostolica sedis quibus comittitur vel a Papa, vel ordinariis: ut in c. Romana, de cen. libr. 6. de offic. ot. c. conquerente, de officio archi. c. mandamus de stat. mo. c. pe. & si. c. inter cetera. de officiis ordi.

2 De ordine, quem visitator debet tenere, in d. c. Romana, constat, quomodo debet proponere verbū Dei, deinde inquirere de vita & conuersatione ministrantium in ecclesijs, & de alijs, quod spectant ad officium, in d. c. Romana. Religiosi sua sequantur instituta, & confuetudines: ut in d. cap. Romana.
 3 Visitator a locis visitatis, & non ab alijs, potest accipere procuratio-

nem pro vietu illius diei, sive in visitis, sive in pecunia, & quod tantum una procurationem recipiat vnde, etiam quod plures ecclesijs visitent, & si aliter accipiat istis non concurreditibus, tenetur infra mensum restituere in duplum ecclesie, a qua accepit, alioquin patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi, sunt ipso facto interdicti ab ingressu ecclesie, inferiores vero his sunt suspensi ab officio, & beneficio, donec in duplum restituant, nec valet remissio, vel dantum liberalitas, seu grani, eos liberare, nisi restituant, c. exigite, Felicis de cen. in 6. legati tamen vnde hoc, possunt accipere expensas quas certunt in equis, & vestibus, & huiusmodi, dum vadunt ad viuendam; & etiam nuncij Apostolici: secundum Pan. in c. procurationem, de cen. a munere autem, quod prohibetur accipi, excepto Hosti, cibentium, & poculentum, & xenia, quae sunt munera, que hospibus datur, quae non extenduntur ad munerum qualitatem, de officio, lovent, quod limitat Ioan. Mo. si sunt ibi aliqua comedenda, si aut sunt portanda, ut capones, confectiones, & huismodi, periculum est, si ibi circa ha. Neque officiales visitatoris aliquid reperi ratione visitationis debent.

4 ARCHIEPISCOPVS & EPISCOPI possunt visitare monasteria exempta, nisi super hoc habeant priuilegium, capi Sopita, de referi. Possunt & visitare hospitalia, si sunt loca religiosarum, quia constructa sunt, & instituta auctoritate Episcopi. Si autem clarum est, quod non sunt religiosarum, & qui institutum vivens, non poterunt visitare sine licencia instituentis. Si vero mortuus est, & voluit remanere hospitale, poterunt visitare, c. vi iuxta de officiis ordinum. Tunc enim habet formam, & statum loci p. Hoc

VNCTIO extrema, quod est factum, non est de necessitate salutis, si quis tamen non accipit, quia contemnit, mortaliter peccat, non minus, quia contempsit quodcumque aliud ecclesijs mandatum: ut dicit Caiet. ibi in sententiis contemptus ybiq; damnable.

